

DE BONO
SENECTVTIS.

A VCTORE
GABRIELE PALÆOTO,
S. R. E. CARDINALE.

*Corona Senum multa peritia: & gloria illorum
timor Dei. Eccles. xxv. Del Colegio
Mauo? de uennoa.*



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCVIII.
Cum Priuilegio.



GABRIEL PALAEOTVS
S. R. E. C A R D I N A L I S
C H R I S T I A N O L E C T O R I

In Librum

D E B O N O S E N E C T V T I S.



OSTENDAM diuinæ pla-
cuit benignitati, hūc qua-
lemcunque vitæ meæ cur-
sum, per omnes ætatum
gradus ad præsentem vsque canitiem
perducere: operæ pretium esse existi-
maui, vt pro ingenij mei tenuitate,
curarem magnos, quos secum extre-
ma hæc ætas fructus afferre solet, pau-
cis perspectos, multis ignotos, ac vul-
go penè incredibiles habitos, publicè
patè fieri, non eo quidē consilio, quòd
Bonum hoc Senectutis audeam mi-



PHILIPPVS NERIVS FLORENTINVS SVÆ ETATIS ANN. IXXX. OBIT ROMÆ M. D. XCV. R. PATER

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Psalm. xq.

DE
BONO SENECTUTIS
PRÆFATIO
AUCTORIS.



NTER omnia, quæ in hac admirabili mundi machina, à summo Creatore condita fuerunt, constat communi omnium sapientum consensu, hominis opificium, & fabricam maximè eminere: in qua, vniuersa ea, quæ in singulas Orbis partes à Deo sunt distributa, strictim quodammodo collecta reperiuntur; nempe vt homo ipse, hoc cum elementis commune haberet, quòd esset: cum plantis, quòd viueret: cum animantibus, quòd sentiret: cum Angelis demum, quòd intelligeret, ac liberi arbitrii facultate potiretur.

Qua ratione, hominem omnis creaturæ appellatione in Euangelio expressum fuisse, aliqui senserunt; quòd vniuersa in eo natura, & proprietas rerum omnium, quæ creatæ essent, inueniretur. Alij eum totius orbis ἐπιτομὴν, id est, compendium vocauerunt: quasi Deus sexto die, post creatam omnia illum producens, ratiocinatores fuerit imitatus, qui post dati & accepti calculos in singulos dies relatos, summam cunctorum in calce supputare solèt.

Philosopho

GABRIELIS

PALÆOTI,

S. R. E. CARDINALIS,

De Bono Senectutis,

P A R S P R I M A.



DE SENECTVTIS BONO dicere aggressuri, ab eius nominis vi, ac significatione exordiedum duximus, cum multiplex illius sensus, iuxta varios auctorum loquendi modos,

SENECTVS
AB AVCTO-
RIBVS VA-
RIE SVM-
PTA.

deprehendi solet. Nam exempli causa, si quaeratur quid in Senectute potissimum sit spectandum, dubium non est, aliter responsurum esse medicæ facultatis peritum, qui eam iuxta annorum numerum, siue ex temperamenti ratione metietur: aliter iuriconsultum, qui ad tempus successionis, aut ad testatoris mentem, cogitationem suam conuertet: aliter philosophum, qui animi disciplinam, prudentiam, vitæque moderationem respiciet: aliter theologum, qui immortalis animæ statum, reddendæque rationis vinculum contem- plabitur: aliter etiam alios fortasse ratiocinatu- ros.

Nos verò quibus non omnia ad Senectutem attinentia, sed quæ tantum proposito argumento magis accommodata esse possunt, attingere est in animo; exordiemur primum à vi nominis huius explicanda: Inde ab ijs recensendis, quæ ab aucto- ribus de senectute ipsa tradita inuenimus, ante- quam nos quomodo hæc in commentario nostro

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD IOANNEM MORETVM.

M. D. XCVIII.

X

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

1 1 1 1 1